Quelle: https://manuscripta.at/?ID=9067
Copyright: Melk, Benediktinerstift



oblectamenta peccati mentis ratione persistere ut
mereamur ad gaudia eterna peruenire. Per. Lectio. ii.
Factum est in uigilia. Tr. Cantemus domino. Oremus. Oratio.
Deus cuius antiqua miracula in presenti quoque seculo co
ruscare sentimus. preterea quesumus ut sicut priorem populum abe
gyptiis liberatum hoc ad salutem gentium per aquas
baptismatis opereris. Per. Lectio iii. Scripsit moyses car:
Tr. Adtende celum. Oremus. Deus qui ecclesiam tuam gentium
uocatione semper multiplicas concede propicius ut
quos aqua baptismatis abluis continua protectio
ne tuearis. Per. Lectio iiii. Apprehendent vii.tem mulieres.
Tr. Uinea facta. Oremus. Deus qui nos ad celebrandum
paschale sacramentum utriusque testamenti paginis in
struis da nobis intelligere misericordiam tuam ut
ex perceptione presentium munerum firma sit expecta
tio futurorum. Per. Lectio v. Hec est hereditas seruorum. Vel. Omnes
sitientes. Ea perlecta dicit. Oremus. Concede quesumus omnipotens
deus. ut qui festa paschalia agimus celestibus desideriis
accensi fontem uite sitiamus. Per. Tr. Sicut ceruus. Oremus. Oratio.
Omnipotens semper deus respice propicius ad deuotionem populi re
nascentis qui sicut ceruus aquarum tuarum expetit
fontem et concede propicius ut fidei ipsius sitis baptis
matis mysterio animam corpusque sanctificet. Per.
Tunc cum cruce et uexillis. Cum glorio. capsa. et oleo sancto. et
crismate ad benedictionem fontis ueniant. sic continet